


*Sammelband von Dina*



*U. g. 1975*



THEMATA

*Disputationis 4. lib. 3. Inst.*

DE COMMODO  
DATO, ET DEPOSITO,  
EORUNDÉMQVE AC-  
TIONIBVS,

*Ex §. 2. & 3. Inst. Quibus mod. re contrah. ob-  
lig. Cum concordantibus Iurium textibus*

R V AE

D. T. O. M. A.

P R A E S I D E

*Nobilissimo, Clarissimo. & Consultiss. Viro*

D. N. ARNOLDO DE REYGER,

I. V. D. ET IN INCLVTA SALANA

Publico Digestorum Professore  
dignissimo.

*Academici exercitij gratia eventilanda proponit*

IOHANNES HÖENSTEIN

*Creilsh. Fr. M.*

*Ad diem 15. Febr. Hora locoq; consueto.*

*Plautus in Asin. act. 2. sc. 4.*

*Si velis, da, commoda homini amico.*

I E N AE


*Ex typographéo Tobia Steinmanni.*

ANNO MDCCXCV.





**MAGNIFICIS,**  
*Clarissimis, Consultissimisque, viris, doctrina,*  
*virtute, plurimoque, rerum usu*  
*longè præstantissimis*



Illustriss. Principi, ac Dn. Dn.

**GEORGIO FRIDERICO**  
MARCHIONI BRANDENBURG. &c, Do-  
minò nostro clementiss. à consilijs

**DN. NICOLAO STADMANNO**  
I. V. D. & Cancell. dignissimo

**DN. SIMONI EISENO. I. V.**  
D. & Consil. dext.

**DOMINIS AC PATRONIS**  
*suis unice colendis*

**HASCE THESESES**

**In debitæ gratitudinis, & observan-  
tiæ testimonium, D. D.**

**IOHANNES HOENSTEIN**  
Creilsh. Fr. M.



## Continuatio.

Discussio haecenus Mutui, indebitiq; contractu, ordine ita postulante commodatum porrò, depositumq; discutiamus.

### T H E S I S I.



**E**ST AVTEM COMMODATVM contractus <sup>a</sup>, quo res certa, certo utendi fine, modoque constituto <sup>b</sup>, gratis datur utenda <sup>c</sup>, ea conditione, ut res in specie eadem restituatur <sup>d</sup>.

<sup>a</sup> §. item is cui, *Inst. Quib. mod. re cont. oblig. l. 1. §. 1. 2. 3. ff. de oblig. & act. l. contractus. 23. ff. de R. I. l. 7. §. 1. ff. de pactis.*  
<sup>b</sup> l. 17. §. 3. l. 3. §. 6. l. 5. §. 7. l. cum qui. 10. ff. h. t. Cuiac. in parat. ff. & C. e. Myn. n. §. n. 3. *Dwes. in par. h. t. n. 2. Dua. h. t. & hinc interpret. precarium, commodatumq; elucet discrimen. C. §. 2. in fin. Inst. n. d. l. 17. §. 3. & d. l. 5. §. 2. & 12. ff. e. & hoc modo à locatione alienum. Vult. lib. 1. c. 32. h. t. & d. DD. d. l. d. §. n. Inst. n. l. 8. l. 9. ff. h. l. 1. §. 3. ff. de oblig. & act. Vult. Cuiac. Schneid. Duar. d. l. Gome. tom. 2. c. 7. & sic à mutuo distat commodatum.*

2. Neq; in eo ulla adhibetur distinctio. Hoc enim pacto res omnes, etiam alienæ possunt concedi, <sup>e</sup>, exceptis tamen ijs, quæ usu absumuntur, in his enim, nisi ostentationis gratia, sanè nunquam constituuntur. <sup>f</sup>.

<sup>c</sup> §. item. is cui, d. tit. l. 1. §. 1. c. inter commodatum, & Bart. ad l. e. l. commodare. 15. cum seq. l. 13. ff. si cert. pet. Sch. ad n. §. n. 11. Vult. d. l. Duar. h. t. c. 2. *Dwes. in parat. h. t. n. 4. Myns, n. §. u. 8. Mozius. h. t. p. 146. num. 1. f. l. 3. §. ult. l. 4. ff. h. t. l. 18. §. 1. in fin. ff. si cert. pet. & d. dd. in d. l. hoc autem ideo quia in rebus commodatis res eadem & integra est restituenda. l. 26. ff. de rebrcred. & u. supra add. Myns. hoc §. num. 14. Mozius. d. l. num 3.*

3. Cum verò commodatum ipsam commodatarij

tarij spectet utilitatem, exactissimam certè illius  
custodiendi diligentiam g, dolum, culpam, non  
modò latam, & levem, sed & levissimam præstare  
iubetur h, calum tamen, cui humana infirmitas  
resistere nequit, non item. i.

g §. item u. cat. in. n. l. 5. §. 2. 5. & 9. l. in rebus. 18. in prin.  
ff. h. l. 1. §. 4. vers. is vero ff. de oblig. & act. l. custodiam. 3 ff. de pe-  
ric. & commod. rei vend. atq; hinc illud quorundam inter exactam,  
exactissimamq; diligentiam adjudicandum discrimen est. h. l. 5. §. 2. &  
4. l. 18. in princ. ff. h. l. 1. §. 4. ff. de oblig. & act. Duar. ad hunc tit.  
c. 8. Hotom. Borch. Schn. n. §. Marant. part. 2. num. 29. c. unico extr.  
commod. i. d. §. 2. hic. d. l. 5. §. 4. l. 18. in princ. l. 19. ff. h. l. 1. §. 4.  
v. is vero. ff. de oblig. & act. l. 5. l. 35. ff. si cert. pet. l. 9. §. 4. l. 15. §.  
2. l. 25. §. 6. ff. loc. & cond. l. 1. & 28. C. e.

4. Quod si v. de calu fortuito præstando inter  
partes sit conventum k, aut commodatarius rem  
commodatam etiam admonitus non restituat l,  
aut res denique ipsa sit æstimata, longè aliter de eo  
est statuendum m.

k. l. 1. §. si convenit ff. de pos. quia contractus legem ex con-  
ventionem accipiunt. l. e. l. 1. vers. sed num. is. C. commod. c. unico extr.  
Commod. l. 1. in princ. l. 49. ff. de pactis. l. 1. 3. §. 3. l. 21. §. 1. ff. de  
act. empt. & vend. arg. l. 12. §. 1. ff. de v. s. l. 32. §. 2. ff. de usur.  
Duar. Schn. Myns. in l. 3. §. 2. ff. h. l. 1. 10. ff. de iur. dot. quia rebus  
tali modo æstimatis periculum ad accipientem transit. l. 5. §. 3. ff. n.  
t. Duar. d. l.

5. Quoniam autem non exiguæ interdum ex  
parte utraq; intercedunt querelæ; suam cuiq; ll, no-  
stræ permittere actionem, & commodanti quidem  
directam, commodatario verò contrariam.

§. actionum. 28. Inst. de act. l. 6. l. 17. §. 1. & 3. vers. geritur  
enim. & §. ult. l. 18. §. fin. l. 21. ff. h. t. imo suggerit ipsa etiam inscri-  
ptio, quid n. aliud, commodati vel contra? Du. h. l. c. 3. wes. in  
par. n. t. num. 10. Myns. d. §. n. 9. Schn. ad §. 16. Inst. de act. num.  
18. & seqq. Borcholten & alij.

Cum:

6. Cum n. res commodata elapso, quod constitutum erat, tempore, usuq; expleto, integra non est restituta o, vel nulla etiam illius, dolo, culpaque commodatarij deterioratae praestita aestimatio p, commodanti actio directa contra commodatarium, cuiusque heredes est concessa q.

o l. 5. in prin. l. 17. §. 3. l. 18. §. 4 ff. h. l. 2. 3. §. 3. l. 21. §. 3 ff. de act. emt. & vend. l. 3. §. 2. ff. n. t. l. tutor. 8 ff. de in litem iurando. accusanda enim mora est, & damnum, quod ex hac promanat, proponendum, usuraq; utilisq; inde petenda. l. mora. 32. §. 2. l. 38. §. 10. ff. de usur. p. l. 3. §. 1. ff. hic. Si enim deterior reddatur, pro non reddita habetur. d. l. 3. & Wes. in parat. h. l. n. 10. Duar. c. 3. n. 1. quod si tamen à commodatario deteriorationis interesse praestetur, res deteriorata à commodatore est recipienda, ut communiter statuunt DD. in l. 7. §. 3. ff. de dol. & Schn. ad n. §. n. 19. l. eum qui. 10. l. 18. §. 1. l. ult. q. l. 5. in pr. l. 3. §. 3. l. 2. ff. h. t. l. 17. §. 2. & 3. C. e. Dno Schneid. & Wesemb. d. l.

7. Et si res commodata ad alium, quam qui praescriptus & concessus transferatur usum, non directam modo commodati, sed & furti contra commodatarium ll. ipsae largiuntur actionem.

l. 5. §. quin imo. 8. ff. h. l. qui iumenta. 40. l. qui re. 76. ff. de fur. §. furtum autem. vers. sive is. 6. & seq. Instit. de oblig. quae ex delicto nasc. Hotom. Borcholten. Schn. ad n. §. Agellius. lib. 7. c. 15.

8. Verum quia illa interdum commodantis importunitas, ut res commodatario datas intempestive repetat; illa malitia, ut rem vitiosam scienter offerat; illa denique tenacitas, ut sumtus in rem commodatam necessario factos deneget, commodatarius non immerito de damno ex intempestiva illa revocatione a, & re vitiosa concepto, salvando. b, impensisque sibi refundendis aget adversus commodantem c.

a l. in commodato. 27. §. sicut autem. 3. ff. h. t. Mozius h. t. p. 141. num. 2. & 6. b l. in rebus. 18. §. item qui. 3. ff. h. t. d. l. 18. §. 4. 3. 2. d. t.

2. d. t. Et hoc de magnis, non de modicis intelligendum impendijs  
hec enim spectant ad utentem. d. l. 18. Et d. G. in fin. Cuiac. Et Duar.  
b. t. c. 5. V. Vesenb. in parat. num. 11. Sch. num. 20 Myn. num. 9. n. G.

9. Quoniam autem nemo perpetuus rerum suarum  
custos esse potest, sed opera, fidesq; interdum ad illarum  
tutelam accersenda aliena; de Depositi natura, actio-  
neq; pauca dicenda esse arbitramur.

V. Ves. in para. b. t. num. 1. vers. sed quoniam.

10. Est igitur DEPOSITVM contractus, quo res a-  
licui gratis datur custodienda a, hac lege, ut illa  
ipsa repositenti illæsa restituatur b.

a G. præterea 3. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. l. 1. in pr.  
l. proprie. 6. Et passim. ff. de pos. vel contr. l. 5. G. 2. ff. commod. l. 1.  
G. si vestimenta. 8. Et seq. ff. n. t. Goedd. ad l. 110. ff. de V. S. Mynsin.  
Hotom. Schn. Borch. ad G. nostrum. Herm. Vult. b. t. c. 23. Cuiac. Du.  
wes. in parat. b. t. Gomez. tom. 2 c. 7. num. 2. Et hoc custodiendi  
verbum evidentem nobis inter commodatum, locationem, precarium,  
depositumq; ostendit differentiam sicut gratis inter locationem &  
conduct. mercedem enim reijcimus omnem, remunerationem autem,  
vel aliquod depositionis pretium non item. l. 1. G. 24. ff. vi bonor. rap.  
Cuiac. in parat. h. n. t. Duar. c. 1. Mozius. p. 178. nu. 13. b. l. 1. G.  
22. vers. Marcellus autem, G. 46. l. 17. ff. h. t. l. 1. G. is quoq; ff. de ob-  
lig. Et act. l. si quis. II C. e. d. DD. in d. l.

11. Et alia hic, quam in commodato ratio est.  
Neq; enim depositarius culpæ, hoc est, desidix, &  
negligentiæ (nisi certa subsit causa, c, sed doli tan-  
tùm nomine depositori obligatur d.

c. l. 1. G. 6. 8. Et 33. ff. h. t. l. 5. G. 2. vers. aut si hoc. ff. commo.  
Et dicti infra dd. c. fin. extr. Depositi. d. d. G. n. Inst. n. l. 1. G. si con-  
venit. 6 7. 8. 20. 21. 36 l. 10. 20. ff. h. t. l. 5. G. 2. ff. commod. quia  
ut Vlp. ait, nulla utilitas eius versatur, apud quem deponitur. d. l. 5. ff.  
commod. l. 5 2. G. 3. ff. pro socio. l. 1. G. 5. vers. negligentia vero: ff.  
de oblig. Et act. unde patet culpam etiam latam esse præstandam, quia  
hec dolo proxima, Et dolo equiparatur, l. 29. in princ. ff. mandat.  
vel contr. l. 1 C. depos. l. 1. G. 35. Et G. ult. l. 32. ff. e. d. l. Et d. G. ff.  
de oblig. Et act. Borch. Schn. Myns. Hotom n. G. Et 3. obs c. 3. Duar.  
h. t. c. 3. V. Ves. in parat. b. t. num. 14. Maranta. part. 2. num. 29.

Quamvis



12. Quamvis verò discrepantes DD. de rebus deponendis occurrant sententiæ, mobilium tamen assertioni, ut tutiori, ita & veriori cum plerisq; ad stipulari non veremur.

arg l 1. in princ. §. 1. 3. 5. 8. & passim l. 5. 11. 12. 15. 20. & l. 29. ff. h. t. l. si quis. C. e. Kling. ad n. §. Inst. n. num. 19. Schn. ad eundem num; 10. Myns. n. 9. Vult. lib. 1. c. 33. Wes. in parat. num. 4. ff. h. Diss. Goedd. ad. l. 110. ff. de V. S. Mozius de rebus que deponi possunt. p. 173. 2. 1. & p. 177. n. 6.

13. Dictum autem superius commodatum repositenti esse restituendum. Si enim dolo depositarius iusto tempore a, non reddatur b, aut reddatur quidem, verum deterioratum c, directum deponenti contra depositarium, eiusque heredes ipsa iura concedunt actionem d, eamque in simplum tantum e.

a l. 25. §. 1. l. Lucius in fin. ff. h. t. l. 2. C. e. usura enim, mora interveniente, omnino est præstanda. l. 13. C. de usur. l. 24. ff. depos. Mozius. p. 188. num. 8. b per d. ll. & d. DD. sup ad th. 10. proprietas enim manet apud deponentem. l. 1. §. 22. ff. h. t. c l. 1. §. si res 16. ff. h. t. Schn. Myns. Kling. n. §. Duar. h. l. c. 3. & 4. d. l. 1. §. 19. 22. & 46. l. 7. §. 1. l. 9. ff. h. t. l. 11. & pass. t. t. C. e. d. dd. Duar. c. 3. & 4. Cuiac. in parat. ff. & C. & hic. Borch. n. §. Ves. h. n. 7. 8. & 9. para. e l. 1. §. 1. & 2. ff. hic. Wes. d. l. Moz. p. 189. n. 1. n. 11. Sch. ad n. §. late ad §. 16. num. 30. & seqq. Inst. h. de act. Duar. d. l.

14. Verùm si tumultus, incendij, ruinæ, naufragijq; causa res deponatur, eaq; repetita negetur, depositarij mendacij cõvict. in dup. tenetur.

l. 1. §. 1. 3. & 4. l. de eo. 18 ff. h. t. §. rei persequenda. 17. §. 23. & 2. 6. Inst. pe act. Schn. ad n. 8. §. & §. 16. Inst. de act. & eleganter ad eund. Hot Myn. itid ad utrosq; Borcholten ad posteriorem Klingius, ad priorem. Dua h. t. c. 4. Ves. in parat. h. num. 11.

15. Cum verò impendia in rem depositam facta, aut damna per servum furem scienter à domino depo-

no depositum sunt illata, deponens ad illa restitu-  
enta a, hæc autem refarcienda depositario obliga-  
tur b

a l. 5. l. 8. in fin. l. 12. in princ. & l. 23. ubi etiam cibaria præ-  
standa esse Modestinus ait, quia utilitas ad deponentem, non ad depo-  
sitarium spectat. Schn. & Myn ad d. G. S. Kli. n. S. & Wes. d. l. n. 16. Du.  
h. c. 5. b dist. DD. ad G. præterea. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.

### Q U A E R I T U R

I. Si duobus, vel etiam pluribus res eadem sit commodata,  
eaq; iniuria ipsorum, amissa, quatenus teneantur, nos in soli-  
dum unumquemque teneri, & unius solutione ceteros liberari  
cum Vlp. respondendum esse arbitramur.

l. si ut certo. 5. G. si duob. 15. ff. commod. l. si duo heredes. 22.  
ff. depos. l. 15. ff. de tutel. & rat. distrah. Duar. h. t. c. 7.

II. Si commodatum per servum alioquin fidelem ad te  
transmissum, à malis hominibus sit interceptum, cuiusnam res  
agatur? nos tuum, non nostrum detrimentum esse cum Iuli-  
ano affirmamus.

l. cum qui. 10. G. 1. l. qui non l. argentum. 20. ff. h. t. l. 20. G. 2.  
ff. de præscr. verb. & illa communis est ad. opinio, Bart. in l. si quis u-  
xori G. apud. Labeonem. ff. de furt. Gomez. tom. 2. c. 7.

III. An, si cista obfignata custodiæ tuæ sit demandata, re-  
rum etiam inclusarum nomine tenearis? & teneri te cum Vlp.  
statuimus. l. 1. ff. si cista. 41. ff. depos. res tamen in ea fuisse actor  
necessario probabit. gl. in d. ff. v. deposita.

F I N I S.



99 A 6904

ULB Halle 3  
004 976 38X



TA 30L







THEMATA  
 Disputationis 4. lib. 3. Inst.  
 DE COMMODO,  
 DATO, ET DEPOSITO,  
 EORVNDÉMQVE AC-  
 TIONIBVS,  
 Ex §. 2. & 3. Inst. Quibus mod. re contrah. ob-  
 lig. Cum concordantibus Iurium textibus  
 Q V AE  
 D. T. O. M. A.  
 P R A E S I D E  
 Nobilissimo, Clarissimo. & Consultiss. Viro  
 D. N. ARNOLDO DE REYGER,  
 I. V. D. ET IN INCLVTA SALANA  
 Publico Digestorum Professore  
 dignissimo.  
 Academici exercitij gratia ventilanda proponit  
 IOHANNES HÖENSTEIN  
 Creilsb. Fr. M.  
 Ad diem 15. Febr. Hora locoq; consueto.  
 Plautus in Asin. act. 2. sc. 4.  
 Si velis, da, commoda homini amico.  
 I E N A E  
 Ex typographéo Tobia Steinmanni.  
 ANNO MDCCCXCV.

